talis visa fuit vel audita victoria, quam bellicosi Pisani sunt de Lucensibus et Januensibus consecuti. Unde Pisas cum laude et gloria triumphanter pridie Nonas decemb. redierunt Pisani jubilantibus vocibus decantantes: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo sit gloria per infinita sæcula speculorum Amen. Eodem anno post prædictam victoriam Pisani et Vallerchienses et Carfagnani per sex menses taliter obsiderunt Roccam de Coruaria, quod ad plus per dies octo se plus tenere non poterant. Sed Lucenses et Januenses videntes, quod id viribus facere non poterant, pecunia id fecerunt, verterunt namque animos per pecuniam tam Versilensium et Vallerchiensium quam Carfagninorum excepto Gerardo de Vallochia, qui fidelis perstitit et Pisas habitare cum familia sua venit, et Corso et filiis Veltri et quibusdam de Carfagnana. Recte quidem Versilenses dicti sunt quasi vertibiles, omnia enim vertunt et perverunt, et credunt precio honesta fore. Hujus autem pro-

d) e G.
e) qualem G.
VG. 1. 2. 3 sunt de Luc. et Ian. G.
f) triumphanti V. triumphant. . . . . rediërunt ...
g) rediet V.
c) Vallochienses et Carfagnini V. Valloch. . . . . per G ...
obsederunt G.
d) Rocchas V. G.
quod — dies ... G.
poterat G.
e) peset V.
d) e G.
f) e V.
g) Vallochiensium V. Vallochiensium G. Vallachiensium G.
Vallocchia G.
h) prestitit V.
i) filius G.
Versilienses G.
i) vertibiles V.
k) vertant V.
l) Omne G.